Gratiam et pacem a deo patre et domino nostro Jesu Christo. Etsi in scribendis epistolis impeditissimus
sim omnium charissime Vadiane, tamen non potui admittere, ut nuncius ille tam tui
vacuus rediret ad te, maxime cum non ex eloquentia quam magis animo synceri
metiri debeam amicos et eos quidem cordatos. Quod idola exempli admonisti
iam dudum, resipiscunt oligarchae, et ut hi non nihil impingunt, more suo,
ita caeteri candidius fortissime animantur. Versus siquidem in tham veritas
lento gradu incedit, sed pedem nimium fortius figit. Crescit apud nos sermo
domini, qui sic suae congregationi addit, ut pene omnia in aedibus piorum
immutata sint, salvis tamen Antichristi lacunis. Vocatus sum a senatu et
diacosiis decreto ad conciones quinque hebdomadarium faciendas, quibus procul
dubio dominus sic dabit incrementum, ut vesperas in civitatis praedicem mutari
videas. Acta disputationis nostrae Badensis, habemus urbi nostrae negata sunt
eo ordine quo ex ore certantium calamo excepta sunt. Murnerus ea sub
prelo parturit, cum praefatione tam prolixa ut ad septima pagina aut quattuordecim quasi
deducta visa sit a quibusdam fratribus. Nolunt Bernates ut vel nomen aut
senatus quovis modo huic facturae addatur. Recusant acta praedictis excusa,
et apud scripturam vet. et novi test. scrutatores esse agunt. Sed quid ille
immorandum censes? Utcunque acta eadem verborum, immittunt, praestarum
verum domini manebit in aeternum, cuius illustratione, tenebrae consiliorum Antichristi procul
dubio cadent et ruinam minantur quotidie. Caeteri praeter gallenses et agit
eos quos iam dudum in gloria orbi commendavit, et dominum precarer
ut sequentes nos faciat pro gloria nominis sui. Salutant te Wattenwillii
tres, viri nobiles et synceri. Bischoffius, Nollis, Tillmannus, Hagius
viri cordati omnes. Salutat vicissim meo nomine Christianum Fridd-
boldum, cuius lenitate instigatus ut scriberet quam aiebat nisi ecce manibus ut scribendi
Salutus sit Dominicus Zilinus, Benedictus et Cooparo
sillibus adeoque omnes. Extant cantiones apud nos duae vulgares
et rhythmicae, quae egregie depingunt conventum nostrum Badensem. Si rumoribus
credere ausim, procul dubio excusas videbis proximis diebus. Vale
itaque felicissime et deus te consulem urbis vestrae praeterito primum conservet
Christus sit tecum. Bernae 24. decembris. Anno MDXXVI.

Thomas Wyttenbach vir
iure doctus, et dum Erasmiastis
olim egregius, apud suos peste
periit et ad superos migravit.

Berchtoldus Hallerus
Tuus quantulus est.

Prudentiss. viro
D. D. Joachimo Vadiano
Apud Scto Gallenses Con
sul primario, maiori
suo in dno semper
observando.

F

S
Gallen.